



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

6. De successoribus Nabuchodonosoris vsque ad Cyrum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

seruitutis huius, & regni Nabuchodonosoris arbitror, pari passu ab anno 1. Olympiad. 43. usque ad annum 1. Monarchiæ Cyri per 70. annorum decursum procedere. Annum 1. Monarchiæ Cyri coniicit in 4. Olymp. 60. eique septennium tribuit: ego Monarchiam istam inijsse puto, anno ante Chr. 538. quo secundus Olymp. 60. finem habuit, & Cyrum nouennio imperasse autumo. Monarchiâ Græcorum credit institutam anno 3. Olymp. 112. Romana scilicet computatione, ut iam Gordonum interpretabar. Victo ad Actium Antonio Romanum Imperium Augusto tribuit, anno 2. Olymp. 187. anno sequenti, interitu Cleopatæ, deletum ait Græcorum imperium. Cui supputationi non video, quid efficaciter possit opponi: sicut enim quidam à Victo ad Arbela Dario, annos Alexandri: ita à profligato ad Actium Antonio Monarchiæ Augusti æram deducunt. Malo tamen ad eorum loquendi modum accedere, qui ab interitu Darij & Cleopatæ nouas Monarchias dicunt exortas.

QVÆSTIO VI.

De successoribus Nabuchodonosoris vsq; ad Cyrum.

1. Berosus, teste Iosepho lib. 1. contra Appionem & Eusebio lib. 10. de Præp. Euang. hac de re ita scripsit: Nabuchodonosor itaque posteaquam inchoauit prædictum murum, incidens in languorem de vita migravit, cum regnasset annis tribus & quadraginta. Huius regni Dominus effectus eius filius Eulmerodachus, propter iniquitates & libidines passus insidias à marito fororis suæ Nirighlsoore peremptus est, cum duobus regnasset annis. Quo defuncto sumens regnum Nirighlsoore, annis regnauit quatuor. Huius filius Laborfardochus principatum quidem tenuit, puer existens mensibus nouem: insidias vero passus, eo quod nimis appareret malorum esse morum, ab amicis extinctus est. Hoc itaque perempto, conuenientes hi qui fecerant insidias, communi suffragio, regnum tradidere Nabonido cuidam, qui erat ex Babylone ex eadem conspiratione, (sic enim corrigendum esse bene aduertit Petauius) sub hoc, muri circa fluuium Babyloniæ ciuitatis ex latere cocto & bitumine sunt constructi, cuius regni anno 17. egressus Cyrus è Perside cum magno exercitu uincentia Asia subacta, impetum fecit in Babyloniæ urbem. Sentiens autem Nabonidus inuasionem eius, & occurrens cum exercitu suo, atque congressus, pugna victus, & cum paucis fugatus, inclusus est, in Borsippentium ciuitate. Cyrus autem Babyloniæ obsidens, & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis, eò quod nimis videretur munita, & esset ad capiendum valdè difficilis, reuersus est, ad Borsippum, Nabonidum expugnatus. Nabonido verò expugnationem non expectante, sed prius supplicante, eius clementia Cyrus, & dans ei habitaculum in Carmania, expulit eum è

A vijs
Dario ad
Victum
Antonium
anni 300.

Quid Iosephus ex
Beroso
tradat

Babylone, Nabonidus itaque reliquum vitæ tempus in illa provincia
fatus est. Ita Berofus: quæ cum retulisset Iosephus, hæc, inquit, *nostris*.

*Iosephus
alibi alia
refert.*

2. Idem nihilominus Iosephus lib. 10. Antiq. cap. 12. rem itam
rat: cæterum, inquit, Nabuchodonosori mortuo, Auilamarodach
filius regnum suscepit, &c. Auilamarodach, post decimum octiduum
annum, defuncto, Niglifar filius successit eumque regnasset annos
cum morte mutavit: continuata deinde successione ad Labafardach
lium, regnum peruenit, apud quem, cum 9. tantum mensibus habuisset
mortem eius transijt ad Baltasarem, qui Babylonij Nabonidum
Huic bellum intulerunt Cyrus Persarum rex, & Darius Medorum
dum intra Babylonem oppugnatur, mirabilis quædam & prodigijs
contigit, &c.

*Doctrina
S. Hieron.*

3. S. Hieronymus ad huius 5. capitis initium sic de Baltasare scribit
endum est, non hunc esse filium Nabuchodonosori, ut vulgo leguntur
transcurrit, sed iuxta Berofum, qui Chaldæam scripsit historiam, & Iosephus
Berofum sequitur, post Nabuchodonosor, qui regnavit annis 43. hunc
regnum, eius filium, qui vocabatur Euilmarodach, de quo scribitur
quod in primo anno regni sui, leuauerit caput Iochin regis Iudæ,
eum de domo carceris. Refert idem Iosephus, quod post mortem
dach, in regnum patris successerit, filius eius Niglifar: post quem
eius Labafardach, quo mortuo, Baltasar filius eius regnum tenuit
nunc Scriptura commemorat. Quo interfecto, à Dario rege Medorum
Cyri Persarum regis auunculus fuit, & Cyro Persarumque duo regna
forem bigæ, cameli & asini vocat, destructum esse imperium Chaldæorum
Quod quidem & Xenophon in Cyri maiotis scribit historia. Hunc Darius
Trogon, & alij multi, qui barbaras scripserunt historias. Hunc Darius
voluminibus, quidam Astyagen, alij Astyagis filium putant, & alij
appellari nomine. Hæc S. Doctor.

*Hi tres
auctores in
quibusdã
conueniunt,
in quibus
dam à sibi
dãt inter se*

4. Hi auctores conueniunt 1. Quod Nabuchodonosori subop
merodach, Niglifar, Labafardachus, & alius, quem Cyrus de bello
Nabuchodonosorus 43. annos regnauerit: & Labafardachus 9. annos
autem 1. quod Berofus dicat Euilmerodachum regnasse duos annos
4. Nabonidum ut minimum 17. Iosephus autem tribuat Euilmerodachum
Niglifari 40. vltimo regi ante Cyrum 17. aut ut habet antiqua
Disident 2. quod Berofus prodat, Niglifarem fuisse sororum Euilmerodach
& vltimū regē, quæ Nabonidum vocant victū quide à Cyro, sed vix à
lio in Carmania donatū: ar verò Iosephus, velit Niglifarem fuisse Euilmerodachum

P.
H. Philip

Chronol
Testa

A IV
17

filium, & parentem Labosordachi, & Baltassarem huius filium regno & vita à Cyro spoliatum. Sanctus autem Hieronymus ex professo tantum refert doctrinam Iosephi, quam tamen ait à Beroso traditam.

5. Ad hæc controversias paulatim componendas aduerto in primis, numeros apud Iosephum non esse legitimos, cum ex ijs colligantur ab initio regni Nabuchodonosoris vsq; ad Cyrum anni circiter 119. de quibus si tollantur 18. qui ante Ierosolymitanum excidium evoluti fuerant, remanebunt ab vrbe eversa vsque ad Cyrum 101. quod nec Iosephus, nec alius quisquam approbare potest. Quare non sine causa Beda de 6. ætatibus ad annum m. 3389. cum hunc hanc Iosephi computum retulisset, hoc addidit: *si tamen ipse sic scripsit, & non codex fallit in eodemo.* Deinde nisi sermo diuinus obstitat, non tam facile Iosepho Niglibarem Euilmerodachi filium asserenti crediderim, quam Beroso, qui cum Euilmerodachi affinem pronunciat. Nam & Abydenus ex Megasthene apud Eusebium l.c. disertè scriptum reliquit. Euilmerodachum à Neriglissare affine suo interemptum, & filium reliquisse Labosardachum: *quo violenta morte sublato. Nabonidus, inquit successit, nulla cum eo propinquitate coniunctus.* Huic postea Cyrus *capta Babylone Carmania prefecturam dedit.* Præterea Iosephus ea quæ ex Beroso contra Appionem retulit, cum nostris, hoc est, sacris literis congruere fatetur: quoniam autem id fieri possit, non video, si vera sunt, quæ apud eundem Iosephum legimus lib. 10. Antiq. cap. 12. Itaque in hac lite, non iniuria dixerit quispiam Iosephum testem idoneum non videri.

6. Berosus ita suos annos dispensat, ut in totum exurgant 66. & 9. menses, id est ferè 67. anni. Nec incredibile est, inter ista regum parricidia, subinde anarchiam interuenisse. Deinde forè Nabonidus, ad annum 18. peruenit, vel vitæ, antequam armis subactus, victas Cyro manus daret, esto Cyrus anno 17. pularim in eum expeditionem adornare cœperit. Denique Nabuchodonosor, ut plerique sentiunt, annum regni 43. non nihil excessit. Sic vera esse poterunt, quæ Berosus tradidit; etiam si ab initio Nabuchodonosoris, vsque ad Cyri Monarchiam anni 70. computentur, nisi valido argumento.

7. Qui hac de re altercantur, non habent securum in Canone Mathematico præsidium: nam ut eum Petavius exhibet, Euilmerodacho dat annos 3. Niglibari 5. Nabonido 22. Nabuchodonosori 43. in totum 83. At verò exemplar Anglicanum Sethi, Nabuchodonosori repræsentat 43. Euilmerodacho 2. Niglibari 5. Nabonido 17. vniuersè 67. Labosordachi & Baltassaris, neutrum exemplar meminit, nisi idem cum Nabonido fuisse putetur.

8. Historia Scholastica Dan. 3. refert duos fuisse reges Chaldæorum nominatos Nabuchodonosores, quorum alter fuerit Magnus Nabuchodonosor qui Iudæos Babylonem captiuos duxit, & duos filios reliquisse dicitur, maiore

*Examina-
tur Iose-
phus.*

*Declara-
tur Berosus.*

*Canon
Mathema-
ticus hic
non prodest.*

*Quid hi-
storia
Scholastica
ca.*

natu nomine patris appellatum etiam Nabuchodonosor, qui patri
proximè successerit, & cuius egregia facta, à Megasthene, Berofo, &
alijs veteribus celebrata sint. Alterum verò filium reliquit minorem
Etum Euilmerodach, qui fratri succedens secundo loco, post Magni
chodonosorem Chaldaicū rexerit imperium. Hic autè tres habuit
ordine imperio potitos, Neglisarè, Labofardach, Nabonidū sive Babilonem.

*Eusebiana
sunt à Pe-
terio.*

9. Hæc cum retulisset Pererius lib. 6. in Dan. bene refellit. Quam
Magni Nabuchodonosoris, nullus vel in sacris, vel in externis huiusmodi
nomine legitur appellatus. 2. Quia præclara facinora, quæ à veteribus
bus prædicantur, illi Nabuchodonosori debentur, qui Ierusalem expulsi
non autem filio ipsius. 3. Quia in confesso est apud omnes, illum Nabu-
nosorem, qui Iudæos duxit captivos, regnasse ut minimum solidos
Anno regni sui octavo Iechoniam abduxit. Eundem anno transfugit
Euilmerodach iam ad regnum euectus, è carcere mittendum curavit.
25. Ierem. 52. Itaque inter eum Nabuchodonosorem, qui Iudæos
transportavit, & Euilmerodachū, non intercessit tempus, quo regnare
chodonosor ille, quem ista historia comminiscitur. Denique auctores
contra omnium Scriptorum torrentem nititur, dum vult Neglisarè
sardachum esse filios Euilmerodachi, fratres Baltassaris; utrumque
historici, tum sacrorum codicum interpretes, falsum esse docent.

*Sulpitium,
Theodore-
tum, Pere-
rius decla-
rant.*

10. Sulpitius ad initium lib. 2. sacre historię, post Nabuchodonosor
filii eius regnum est adeptus, quem in Chronicis Euilmerodach vocat
peri. Hic duodecimo imperij anno diem functus fratri minori, qui Bal-
ctus est, locum fecit. Is cum quarto & decimo anno publicum epulam
pibus ac præfectis suis daret &c. & paulò infra: eadem nocte Baltassar
regnumque eius Darius natione Medus occupavit. Theodoretus
numero annorum prætermisso, prodit Euilad-Maradach, fuisse fratrem
saris natu maiorem. Quibus Pererius opponit testimonio Ierem.
v. 7. *Et seruiet ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius.* Baltassarum autem
vltimum regem Chaldæorum, ac proinde Nabuchodonosoris nepotem
nepotem. Verum, hæc oppositio, nisi aliquid addatur, non est effica-
enim quidam auctores Baltassarum fuisse postremum inter Chaldæos
ges: imò Sulpitius ait Darium istum prius in Chaldæa 22. annos
quam Babylonij in potestatem ditionemque Cyri concederent. Adde
doretus Orat. 6. hunc Darium patre quidem Medo, sed matre Chaldæa
atque adeò Nabuchodonosoris ex filia nepotem. At verò dicendum
computum Sulpitij non esse legitimum; dat enim Nabuchodonosor
Euilmerodacho 12. Baltassari 14. Dario 22. ex quibus conuenit 72. Hæc

P.
H. Philip

Chronol
vlt. Testa

A IV
17

annos 18. Nabuchodonosoris ante vrbis euerfionem tranfactos & remane-
bunt 74. ab vrbis excidio, vtque ad Cyrum Monarcham: quod fieri non po-
teft: fic enim feruitus Babylonica, cui Cyrus finem attulit, non cœpiffet, nifi
quadriennio post vrbis & Sedeciz carum. Denique ex opinione Theodreti
Darius fuiffet cognatus fime Amitinus Baltaffaris, cui contradicunt omnes fer-
mē recentiores & aliqui prifcorum iam n. f. relati, qui negāt vltimum ante Cy-
rum Chaldæoi ū regem, fimo prœdeceffori vlla cōfanguinitate fuiffe coniunctū.

11. Nicolaus de Lyra, Dan. 2. *Certum est, inquit, secundum omnes, quod Euilmerodach fuit filius Nabuchodonosori Magni & Baltassar erat filius filij sui, scilicet Euilmerodach.* Et paulo post ait, vtrumq; binominem fuiffe, ita vt Euilmerodach etiam Regular, & Baltassar Labofardach diceretur. Idem sentit Maldonatus, Verum non satis queo admirari, inquit Pererius, quem admodum hoc fingere & affir-
mare ausus fit Nicolaus: cum Berofus, Alexander Polyhiflor, Megasthenes, Al-
pheus, Niglifarem & Labafardachum, diuerfos fuiffe reges, & diuerfo tem-
pore regnaſſe, quam Euilmerodach & Baltassarem apertiffimis verbis confir-
ment. Quod gloſſema Pererij, quoad Euilmerodachum & Niglifarem, verum
eſt: arenim quoad Baltassarem, & Labofardachum, prifci illi vidētur eorum o-
pinionem confirmare, qui Baltassarem autumant fuiffe penultimum Chal-
dæorum regem, non à Cyro, sed à fuis familiaribus interfectum, eique ſucceſ-
ſiſſe Nabonitam, ſiue Darium origine Medum. Sic enim ea quæ Labofarda-
cho tribuuntur, Baltassari non ineptè conueniunt.

*Lyrano
expaſſe
defendit
tur.*

12. Pererius cenſet 1. Baltassarem, non filium sed nepotem fuiffe, regis Na-
buchodonosoris, nec tamen post Nabuchodonosorē, ſecundo; sed quarto loco
regnaſſe. Nam aliquem ē nepotibus Nabuchodonosoris regem Babyloniōrū
fuiffe, conſtat ex oraculo Ieremiæ. cap. 27. v. 7. Nepos autem ipſius non fuit E-
uilmerodach, nec vllus poſt Baltassarem: *ſiquidem eo regnante, inquit, Babylonicum
imperium à Medis & Perſis euerſum eſt.* Vnde concludit Baltassarem fuiffe illum fi-
lium filij Nabuchodonosoris, cui gētes omnes ſeruiuerūt. Quod autem quarto
loco regnauerit, fidē facit auctoritas plurimorum & graniffimorū Scriptōrū,
Berofū, Alexandri, Megasthenis, Alphæi, Iosephi, Eusebij, Hieronymi & Bedę,
qui inter Euilmerodachū & Baltassarem, Niglifarem cum Labofardacho infe-
rūt. Cenſet 2. Pererius, Nabuchodonosorē annos 43. in imperio vixiſſe, nempe
ante captiuitatē Sedeciz 18. poſt eā 25. tū Euilmerodach 18. Baltassarē 17. Vn-
de conſiūt anni 60. tantū, quibus addendos purat 10. partim Nerigliſſaris, par-
tim Labofardachi, vt ſic habeātur 70. an. à caſu Sedeciz ad Cyrū vq; tranſacti.

*Sententia
Pererij.*

13. Fateor equidem Baltassarem Magni Nabuchodonosoris nepotem: vt ū
ante quarto poſt Nabuchodonosorē loco, & poſtremus Chaldæoi ū imperarit, &
diſputari ſolet. Antiquiffimi auctorum tradūt, cum qui tertio loco regnauit, &

*Excursus
tur.*

Lar

pi

odia
menti

Labofardachus nominabatur, miserè trucidatum, Berolus, Megasthenes, Abydenus, Alexander; quod Sulpitius, Theodoretus, Pererius Baltassari attribuunt. Vltimum autem Chaldaeorum principem, à Ciro produnt, ijdem auctores: sed vita spoliatum negant. Iosephus contrarium nititur; at eius orationem, de hac controversia à fide abstrahit Theodoretus, hic Orat. 6. Si antiquissimi illi Scriptores fiderent, dū referunt post Nabuchodonosorem ante Cyrū, quatuor in Baltassari capite rerum potitos: cur eis non creditur, dum in eodem hūciorum narrant eorum penultimum violenta morte sublatum, vltimum autem Cyro donatum? Deniq; ea quæ secundo loco Pererius de annis libere proponit, pugnant cum scitis eorum omnium quæ à destructione Babiloniana vsque ad annum 2. Darij Hystaspis 70. annorum seriem deducunt, inde in rationibus Pererij non acquiesco. Quid ad antiquorum auctoritatem responderi possit, Vide q. seq. num. 6. & 7.

*Computus
Tornielli
& aliorū
quorundam.*

14. Torniellus dat Nabuchodonosori 44. annos Euilmerodachoglifaro, & Labofardacho 5. Baltassari 17. Salianus Nabuchodonosori 23. Baltassari 21. Niglisarem & Labofardachum, vt gignatio se præterire scribit. Aliqui Nabuchodonosori impendunt annos 22. Baltassari 3. Vel Nabuchodonosori, 44. Euilmerodachoglifaro 3. Hebræi, Ribera, Gordonus &c. Nec desunt, qui vellent Baltassari & Baltassarem vnum, eundemque Nabuchodonosoris filium existimare. Opinionem probare viderur Cornelius, in hoc cap. & iuxta eam per Nabuchodonosorem imperasse annos 44. Baltassarem 34. Denique in computationibus, Fasti Siculi adscribunt Nabuchodonosori 45. annos, Labofardacho 7. Baltassari 4. Dario Medo 3. Dario Assueri filio 13. sed hæc opinio singularis est, nec video modum, quo defendi possit.

Dua opinionones alij posterior.

15. Ex omnibus autem opinionibus duæ in genere potiores sunt, quarum altera Nabuchodonosori annos circiter 44. assignat, Euilmerodachoglifaro & Baltassari 26. vniuersim 70. Altera impetit Nabuchodonosori vltimam partem quadragesimi quarti: Euilmerodacho 2. Niglisarem & Labofardacho 5. Nabonido vt inuicem 17. adiunctis exigui temporis, post Labofardacho & Baltassaris necem interregnis, ita vt ab initio Nabuchodonosoris que ad finem principatus Naboniti, 70. annorum spatium interregni, opinio suorum patronorum auctoritate probabilis reddatur; potior autem me veterum testimonij nititur, ac diserte à Petauio explicatur, lib. 1. cap. seqq. Licet enim externi Scriptores nonnulla subinde suis arbitrarijs cum diuinis licetis & veritate pugnantia: quæ tamen ab antiquis libris Megasthene &c. de hisce regibus produntur, non debent sine ratione

tanquam mendacia, rejici si salua diuinorum eloquiorum maiestate & certitudine possunt admitti; qua de re quaestionem sequentem pono.

QVÆSTIO VII.

An vera Berofus de Chaldaeorum regibus tradiderit.

Quenam tradiderit initio quaestionis praecedentis retali: quibus obijciuntur 1. Euilmerodach idem videretur esse, cum Baltassare, cuius hic meminit Daniel. Ergo Berofus fidem non meretur. Antecedens probant aliqui 1. quia Daniel narratis ijs, quæ ad Nabuchodonosorem spectabant, mox quæ à Baltassare gesta sunt, adnectit 2. quia hic idem Propheta Baltassaris patrem, semper Nabuchodonosorem vocat. 3. Ieremæ 50. v. 2. Baltassar vocatur Merodach, qui videretur idem esse cum Euilmerodach. 4. quia Baruch 1. vers. 11. Orate, inquit, pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Baltassar filij eius.

Berofus 2. obijciuntur.

2. Ego verò nescio cuienam videri possit esse verum, quod assumit hæc argumentatio, (praesertim si Baltassar regum Chaldaeorum seriem clausit, vt sentiunt, qui hæc suadere conantur) reclamantibus vnanimi consensu, auctoribus penè infinitis, vt ex praeced. q. colligere licet. Nec quicquam permouet ratio 1. siquidem Daniel, neque omnia recenser, quæ reges Chaldaeorum gesserunt, nec temporis ordinem vbique seruat. Sic mirum non est, quod Euilmerodacham silentio praetereat, & prius cap. 5. ea pertractet, quæ sub interitum Baltassaris contigerunt, quam oracula quæ antea sub eodem rege diuinitus accepta. cap. 7. & 8. Nabuchodonosor hoc 5. cap. sæpius vocatur pater Baltassaris more Hebræorum, qui omnes progenitores, siue avos siue proavos patres appellant, vt S. Hieronymus, Maldonatus, Sanctius & alij plerique huius capituli interpretes monent: atque ita secundæ rationis petitio facile declinari potest. Tertiam sola inficiatio resoluit: tibi nomine Merodach aut idolum aut in communi rex Chaldaeorum, aut demum ille quidem, quem hic Daniel Baltassarem vocat, non quod sit idem cum eo, qui 4. Reg. 25. Euilmerodach appellatur; sed quod ab antiquis Babylonis regibus, patronymicè Merodach nuncupetur. Quisnam autem fuerit ille Baltassar, quem nobis quarta ratio proponit, certò non constat. Communis coniectura est, eum aut binomium fuisse eundemque cum Euilmerodacho qui Iechonia laxauit carcerem, aut certe fratrem illius, qui morte praeventus Euilmerodacho paternum reliquerit in imperium. Ita docent Maldonatus, Sa. Menochius & alij Baruch 1. quod verò Baltassar ille cuius meminit Baruch, sit idem cum isto, de quo agitur Dan. 5.

Euilmerodach non fuit Baltassar vltimus Rex Babylon. Ad 1. & 2.

Ad 3.

Ad 4.

Quaest. Chron. P. 3.

ha-

pi

odia menti